

- 42 Communio parit discordiam; ubi etiam in fine quibus casibus quis cogatur persistere communioni, traditur remissive.
- 43 Pascuorum communionem etiam ex antiquo tempore contractam, populi iustis de causis possunt dissolvere, & dividere, & num. 44. traditur quomodo debeat fieri talis divisio.
- 45 Pauper non potest tot ligna scindere ex nemoribus universitatibus, sicut dives.
- 46 Renunciari potest societati per Procuratorem etiam generalem.
- 47 Valer renunciatio de societate, etiam si fieret procuratori, dummodo socius dictam renunciacionem ratam haberet.
- 48 Non solum expressa, sed etiam tacita renunciacione finitur societas.
- 49 Societas sicut tacite contrahitur, ita tacite dissolvitur, ubi etiam daret societas ad beneplacitum.
- 50 Renunciari legitime non potest societati ante tempus, si ad tempus contracta fuit, & hoc casu renunciatus ad quid teneatur.
- 51 Tempus in conventionione appositum servandum est.
- 52 Societas habet in se tacitum tempus donec societati expedit, & ideo intempestive renunciatur renunciando dum societati expedit non renunciari.
- 53 Ante tempus renunciatur legitime, si socius renunciandi non servauerit promissa. Et num. 54. extenditur hoc casu posse renunciari, etiam si socij pactum iniissent de non dividendo; quod idem repetitur num. 62.
- 55 Item renunciari potest ante tempus, si socius sit nimis rixosus, seuus, vel damnosus; & num. 57.
- 56 Communione habere cum rixosis, seuis, & damnosis, nemo compellitur, & nu. 57. ob immodicam sevitiam ante tempus licet a societate recedere.
- 58 Fratres etiam prohibiti dividere hereditatem, possunt dividere impune, quando vnus eorum est rixosus, vel molestus. Restringitur hoc quando socius scivisset esse rixosum tempore societatis contracta.
- 59 Renunciari potest societati ante tempus, quando socius uti non potest re, cuius gratia imita fuit societas.
- 60 Item renunciari potest societati ante tempus, quando socius iusta causa est abfuturus; & num. 61. fallit si renunciatus aequè commodè per alium facta societatis expedire possit.
- 63 Non legitime renunciatur societati nisi omnes socij consentiant.
- 64 Sicut nec quando renunciatur socio absente.
- 65 Fallit quando renunciaretur societati, Procuratore socij presente.
- 66 In fraudem societatis renunciari non potest.
- 67 Si omnes non dissentiant non valet renunciatio, Immo si quis separatim negociaretur; & lucraretur, lucrum cum socijs communicabit.

CAPVT SEXTVM.

Quomodo finiatur societas.

Egimus in superioribus capitulis de societate contrahenda: sed quoniam contractus societatis temporalis est, l. verum, §. fin. ff. pro socio; ita ut nec valeat pactio quod semper perdurare debeat, Ancar. quest. 54. num. 3. ubi ponit rationem, & refert Ang. in conf. 225. dicentem tale pactum nec inducere obligationem naturalem. Et Alex. conf. 18. n. 1. vol. 2. ubi ex facto respondit tale pactum iuramento firmari non posse; Hic modos subijciam quibus ea finitur.

Primò igitur soluitur societas tum finito negotio cuius causa contracta est, l. actione, §. item alicuius, ff. pro socio, & DD. in inst. §. soluitur, per tex. ibi in vers. item si de societ. Tum finito tempore, si ad tempus contracta fuerit societas, & hoc volunt communiter Doctores.

Limita tamen hoc quando perseverantia, & patientia utriusque socij continuatur in negotio. Nam tunc tacite renouata videtur societas arg. tex. in l. queritur, §. quod impleto, ff. locat. l. et legē, C. eod. l. in rebus, §. ult. ff. de pracar. sola enim patientia renouatur societas, Socin. conf. 88. num. 21. vol. 1. In quo aduertas velim quod in dubio societas renouata non presumitur, sed opus est eam renouatam fuisse probare, Io: Ceph. conf. 247. num. 5. vol. 2.

Secundò finitur societas per emptione rei in qua contracta est; Nam sicut mortuis personis extinguitur. ut dicam inf. hoc eod. cap. num. 15. sic etiam extinctis rebus finiri volunt DD. & est tex. in l. verum, §. penultimo, ff. eod. & Bal. in l. 1. quasi. 6. C. pro socio. in 5. col. Vbi amisso capitali societas finiri voluit; & Azor. Inst. moral. lib. 9. p. 3. cap. 6. vers. 4. queritur; Vbi etiam dicit quod quando perit fors principalis, ita soluitur societas, ut nec cogatur qui sortem in commune contulit, iterum sortem in societatem dare, quod voluit etiam idem Bal. in d. l. 1. quasi. 6. per l. si socius pro filia. vers. ne possess. eod. titulo. Vide si placet opiniones quas circa hoc ponit Ferrar. in form. lib. in cau. soc. cap. 4. num. 3. & vide Alex. conf. 117. num. 4. vol. 1. & conf. 131. vol. 5.

Limita tamen hunc secundum modum non procedere in soccitate animalium; Nam in hac licet regulariter quando animal id est capitale moritur finitur soccida gl. in l. si id quod in prin. verb. societatem, ff. pro socio & Petr. de Perus. in tract. societ. part. 129. 20. durat tamen in factu si factus ad est. gl. in d. si id quod in prin. verb. societatem, & Bald. in d. r. quod ff. 2. C. pro soc. quem refert Bertach. in suo repert. part. 5. verb. societas durat. fol. mibi 74.

Tertio soluitur societas si vnus ex socijs a re alieno oppressus cesset

12 rit bonis suis, l. actione, §. i. ff. pro soc. & instit. de societ. §. soluitur, & ibi
10: Oinotam. & DD.

Quartò finitur societas per alienationem, vt euenit in societate con-
13 tracta cum seruo; si enim ipse manumittitur, vel quoquomodo alie-
natur finitur societas, l. i. §. si seruus, ff. pro soc. & Azor. instit. mor. par. 3.
lib. 9. cap. 6. in fin. Vbi etiam dicit quod si in eadem mutato statu seruus
permanerit, alia inchoatur: Quod tenet etiam Pet. de Perus. tract. de
duobus frat. p. 1. i. in fin. principij, & Bar. in d. l. si id quod, §. si seruus, ff. pro
soc. vbi alienatione dicit extinguere societatem, quæ tamen videtur tacite
reintegrata, si in eodem actu manumissus perseuerauerit.

Quintò finitur societas quando bona socij ob delictum publicantur;
14 Tunc enim socius habetur pro mortuo ciuilitè, & alius non cogitur
societatem inire cum filco qui in socij locum successit, l. actione, §. pu-
blicit. ff. pro socio, 10: Oinot. & DD. in instit. de societ. §. soluitur. & Azor.
loco cit. vers. 5. queritur.

Sextò finitur societas morte vnus ex socijs. d. l. actione, §. morte, ff. pro
15 socio, & §. soluitur. instit. de societ. & per Hip. Mars. in l. si. num. 36. ff. de
quæst. & Ang. Aret. instit. de societ. §. soluitur in princ. Dec. in l. 1. nu. 4. C. qui
test. fac. pos. Car. Rui. cons. 91. num. 8. vol. 1. 10: Ceph. cons. 248. num. 18. vol.
2. & Dec. cons. 213. num. 2. & 3.

Amplia hoc procedere etiam inter alios socios superstites, nisi cau-
16 rum sit vt vno decedente inter superstites societas durare debeat. Oi-
not. in d. §. soluitur. instit. de societ. per d. l. actione, §. morte, ff. pro socio.

Amplia secundò habere locum non solum in morte naturali, verum
17 etiam in ciuili, vtputa si socius, deportatus fuerit, vel maximam, aut
mediam capitis diminutionem passus sit, l. verum, §. societas, ff. pro socio,
& Ang. Aret. instit. de societ. §. soluitur, num. 3. in fin. vbi opponit, & de-
mum dicit hanc ampliationem sibi placere; & Azor. instit. moral. d. par.
18 3. lib. 9. vers. 3. queritur, vbi ex hoc infert vt societas dissoluatur vno ex
socijs religionem solemnij voto profitente. Hicobiter videndum esset

19 an soror ex eleemosina recepta pro intrado in monasterium, censetur
societatem quam cum fratribus forsan habet soluisse, videatur tacite
renunciasset hereditatem paternam, quam diuisam habet cum fratri-
bus; sed quoniam hoc ex professu tractatur à Pet. de Perus. tract. de
duobus frat. part. 1. i. quæst. 4. ad illum te remitto, qui etiam quærit an
20 verè illa eleemosina dicatur dos, vt etiam stante statuto, quod femina
dotata non succedat Patri, possit hereditatis partem prætere; &
hanc quæstionem contrarijs sententijs relatis, elegantissimè decidit.

Amplia tertio, (& hæc ampliatio venit illatiue ex præcedenti) pro-
21 cedere etiam in excōmunicato, per excommunicationem enim alterius
sociorum societas solui videtur, si deportationi æquiparemus excom-
municationem. secundum gl. instit. de cap. dimittit. §. media.

Amplia

Amplia quartò vt ita morte finiatur societas, vt nec ad heredes tran-
22 seat. Ita notanter Ang. Aret. d. §. soluitur. in princ. & vide de hoc Spe-
cul. in tit. de arbitr. §. differt. vers. quod si num. 1. & Bald. in rubr. C. pro socio.

Extende hanc ampliationem quartam in societate quæ inter locato-
23 rem, & conductorem contracta censetur, ex eo quod fundus locatus
fuit ad partem fructuum, vt inter alios testatur Bart. in l. si merces, §. vis
maior, num. 3. ff. locat. Nam quod hæc nec transeat ad heredes tenet Bart.
in d. l. si merces. §. vis maior, num. 9. ff. locat. vbi subiungit insuper quod
24 potest finiri talis contractus ex omnibus casibus, ex quibus finitur so-
cietas: Transit cum Bart. simpliciter Lud. Rom. in l. si filio, §. fin. ff. sol. mat.
& Paul. de Cast. hic quem sequitur Abba. in c. propter. ext. eodem tit.

Amplia sextò quod ita dirimitur societas morte, vt nec pacto fieri pos-
25 sit quod ad heredes transeat. d. l. actione, §. morte in d. l. adeo, & l. nemo,
ff. pro soc. Guier. de iuram. confirm. 1. part. cap. 48. num. 1. Munnoz. de ratio-
cinijs. cap. 6. num. 59. Azor. loco cit. & Oinot. in d. §. soluitur. num. 2. Vbi post
Ang. Aret. in d. §. soluitur. num. 3. affert rationem quia in societate electa
est industria personæ, quæ non sic transit ad heredes, neq; potest quis
scire an hæres sit futurus bonus, diligens, & industrius sicut erat ip-
sius Pater: & refert Fabium, in d. §. soluitur; dicentem se non posse cer-
tam rationem inuenire cur societas ad heredes non transeat, præsertim
quando ab initio conuentum esset inter socios, & pactum initum, vt
26 heredes succedant, & socij remaneant: cum omnes contractus actiue
& passiuè ad heredes transeant, & vnusquisq; sibi & suis heredibus pro-
spicere possit, & hoc in dubio etiam præsumatur; l. si pactum. 9. ff. de pro-
27 bat. & contractus ex conuentione legem accipiant. l. i. §. si conuenit, ff.
deposui; Nisi quod ideo leges hunc contractum restrinxerint, vt lites
28 euitarentur, quas communio parit, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg.
2. Et etiam ne libertas testandi impediatur, & restringatur, l. si fratres
(aliàs est, §. 6. in l. cum duobus,) §. item respondit, ff. pro socio. Hæc referen-
do Fabium dicit Oinotamus, & has omnes rationes tangit etiam Mun-
noz. de ratiocinijs. d. num. 59. & 60. cum alijs ab eo relatis.

Limita tamen primò hoc procedere solum in societatibus priuatis;
28 Nam in publicis, prout est societas vectigalium, morte non finitur, &
transit ad heredem quando hoc inter socios conuenit. Azor. instit. mo-
ral. par. 3. lib. 9. cap. 6. per l. adeo, & l. verum, §. in heredem, ff. pro soc. Ang.
Aret. loco citat. & hoc repetit id. Aret. §. socius num. 2. eod. tit. Instit. vbi ratio-
nem glossæ adducit. & Pet. de Perus. tract. de duob. fratrib. part. 1. i. q. 13.
vbi tamen hanc vectigalium societatem non transire ad heredem hære-
dis, nisi fauore Reipublicæ subiungit, contrariamq; sententiam ad-
ducit, & concludit. Et in materia huius limitationis. Ruin. cons. 191.
num. 7. vol. 1. & cons. seq. num. 3. Munnoz. de ratiocinijs, cap. 6. num. 67. &
Guier. cap. 48. nu. 7. cum seqq. de iuram. confir. Vbi resoluit etiam an hæc
societas

societas veſtigalium ad heredem heredis tranſeat. Et Bertach. in ſuo re-
 perior. par. 5. verb. ſocietas gabellarum, fol. 74. Vbi notat talem ſocietatem
 ad primum heredem, aptum tamen tranſire, non autem ad heredem nõ
 aptum. citat d. l. adeo, & ibi Bart. in ſu. ff. pro ſoc. & Alex. in d. l. adeo. per
 gl. ſingularem, in l. nullam, cod. tit.

30 Limita ſecundò procedere ſolum quando tale pactum ſiue conven-
 tio non eſſet iuramento vallata. Nam ſi quis contraxiſſet ſocietatem
 pro ſe & ſuis heredibus iuramento hinc inde appoſito, de iure canonico
 fortè ſocietas valeret, etiam in perſona heredis, per c. cum contingit, ext.
 de iureiur. Ita Fab. in S. ſoluitur, in ſt. de ſociet. quem ſequitur Oinot. in d. S.
 ſoluitur. & Munnoz. qui loquitur abſolutè, in d. cap. 6. nu. 66. & Gutier.
 d. cap. num. 5. & 6. vbi dubitatiuè non loquitur, ſed hanc ſententiam di-
 cit notandam, & perpetuo menti tenendam. Et facit l. ſtipulatio iſta,
 S. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. Bar. in l. non ſolum, S. morte, ff. de nou. op.
 nunc. & l. cum precario, ff. de precar.

31 Limita tertio procedere ſolum in ſocietate, non autem in emolu-
 mento, damno ſocietatis, & actione pro ſocio; Nam quod hæc omnia
 tranſeant ad heredes aduertit Aug. in inſtit. de ſociet. d. S. ſoluitur, & eſt
 tex. in l. verum, S. in heredem, ff. pro ſoc. Et ſequitur Bertach. in ſuo reperi-
 part. 5. verb. ſocietas ſuitur morte fol. 74. per l. actione, S. morte, & ibi
 Bart. ff. pro ſoc. Et loquens in commodis Bald. in l. cum in ſocietatis, C.
 pro ſoc.

32 Limita quartò non procedere quãdo poſt mortem nulla ſequitur di-
 niſio ſocietatis, ſed remanent heredes in communi cum ſocijs defun-
 cti; Tunc enim per dictam continuationem durat ſocietas. Io. Lup. in
 rep. rubr. de donat. int. vir. & vxor. col. 130. & Dec. conſ. 293. in 2. dubio, ſi-
 cur durat etiam quando nouo conſenſu ſocij cum heredibus defuncti
 reintegraverint ſocietatem, l. plane, ff. pro ſoc. & tradit Bal. in l. manda-
 tum n. 3. C. mand. ſecundum ea quæ dicit Munnoz. de ratiocinijs. cap. 6. n. 60.
 in ſi. & num. 61. referens pro hoc Gutier. cap. 28. num. 2. de iuram. conſir. &
 clarè faciunt quæ dicit Pet. de Perus. traſt. de duob. frat. part. 11. queſt. 32.
 Vbi inſuper dicit quod in modis, & pactis, & temporibus ſtatur nouæ
 conuentioni, per l. penult. C. pro ſoc. & ſi non apparet de conuentione
 (inquit ille) vt euenire poteſt, quando tacitè renouatur ſocietas, id eſt
 33 continuatur, præſumitur renouata cum illis pactis modis, & tempo-
 ribus cum quibus à principio cum defuncto fuit ordinata, per rationes
 optimas ab eo ibidem adductas.

Hanc autem renouationem extendit Munnoz. loco citato. num. 63. &
 34 ſeqq. quando per longum tempus, poſt finitam ſocietatem ſocius ſuum
 capitale non deduxerit, citat Alex. conſ. 132. num. 2. Sed hoc pertinet ad
 ea quæ dixi in principio huius limitationis quartæ dum ſecundum Io.
 Lup. tacitè renouatam cenſendam eſſe ſocietatem dixi.

Exten-

35 Extende hanc quartam limitationem etiam in ſocietate inter coniu-
 ges, Altero enim illorum mortuo, videtur renouata ſocietas, per here-
 dem defuncti; dum bona inter eos non fuerint diuiſa. Gutier. de iuram.
 conſir. vbi ſup. num. 3. quem refert & ſequitur Munnoz. de ratiocinijs cap. 6.
 num. 63. vbi num. 64. dicit rationem eſſe, quia coniux in viduitate per-
 36 manens, dum ſecundas nuptias non celebrat, cenſetur eſſe ſub præce-
 denti matrimonio, & hanc ſententiam teſtatur tenuiſſe Barr. Cyn. Al-
 ber. Aret. in l. ult. C. de bonis ma. & Tiraquel. de nobilitate. cap. 18. num. 9.

37 Extende ſecundò quartam hanc limitationem, non ſolum procede-
 re in adultis, verum etiam in pupillis: Si enim coiui ſocietatem cum
 Patre pupilli, poſſum cum Pupillo accedente autoritate tutoris illam
 renouare. Ita Bal. in l. ſi patruus, col. ſi. C. com. vir. ind. Io. Cepb. conſ. 248.
 num. 19. vol. 2. & Dec. conſ. 213. num. 12.

38 Limita quintò ſupradictũ ſextum modum finiendi ſocietatis, pro-
 cedere niſi negocium inceptum eſſet per defunctum, nam tunc licet
 heres noua negotia non teneatur inchoare, tenetur tamen incepta per
 defunctum explicare. gl. in l. nemo, ff. pro ſoc. & l. heres ſocij, ff. pro ſocio.
 Vnde in hoc caſu finitur ſocietas morte ſolummodo quoad negotia
 noua, non verò quo ad negotia incepta.

39 Septimo, & vltimo finitur ſocietas renunciatione: ſicut enim ſo-
 cietas conſenſu contrahitur, ita diſſenſu diſſoluitur. vt S. manet au-
 tem, in ſt. de ſociet. vbi Io. Oinot. & DD. in prin. & l. actione, S. diximus, ff. pro
 ſocio, facit tex. in l. prout quidq; ff. de ſolut. & in l. nihil tam naturale, ff. de reg.
 iur. vbi Dec. num. 35. & Gul. Mayn. in d. l. nihil tam naturale, num. 1. & S.
 vltimo in ſt. quib. mod. tol. obl. cum ſmill.

40 Amplia Primò hoc procedere etiã ſocio inuito, vni enim ſociorum
 licet renunciari ſocietati, etiam alio inuito. & ratio eſt quia nemo in
 communione inuitus manere cogitur, l. ſi. ff. com. diuid. l. ſi ſortem, S. ſi
 centũ, & ibi Bart. in prin. de cond. ind. & Spec. de lib. concept. S. ad huius, verſ.
 ſed pone. & Hip. de Marſil. ſing. 9. incip. nemo cogitur. Vbi dicit quod nemo
 41 cogitur ſtare in communione, etiam ſi diſpoſitio teſtatoris hoc manda-
 ret, & etiam ſi ſocius vel frater in communione ſtare iuraſſet: & refert
 ita dixiſſe Pau. de Ca. in d. S. ſi centum, ff. de cond. ind. & Alex. in conſ. 334.
 42 incip. circa primum. & Oldrad. conſ. 241. incip. factum tale eſt, Pater com-
 munio enim ponit diſcordiam d. l. cum pater, S. dulciſſimis, ff. de leg. 2. l. in
 re comuni, & ibi glo. ff. de ſer. vrb. præd. gl. in c. nullus 17. q. 4. Specul. de iudic.
 S. ſequitur. circa principium. Hoc etiam quod ſi nemo inuitus in commu-
 nione manere cogatur tenet Gul. Mayner. in l. cum amplius, ff. de reg. iur.
 n. 2. vbi tamen poſt Alber. in d. S. ſi centum, ponit caſus etiam in quibus
 quis cogitur perſiſtere communioni.

43 Amplia Secundò procedere etiam in communione paſcuorum quam
 plures populi cõtraxerint, etiam ex immemorabili, & antiquo tempo-
 re:

re: Hæc enim communio iustis de causis dissolui, & separari potest. *Afflic. Decis. 290. Plot. de in lit. iur. §. 49. num. 37. Guttier. de iuram. confir. part. 1. cap. 49. & tangit hoc Gul. Mayn. in l. refertur, ff. de reg. iur. coment. num. 103. vbi ponit casum, & dicit quod si vnus qui in territorio modicas habet possessiones, vult tenere magnam quantitatem pecorum, & talem quantitatem quod pascuum publicum non sufficiat pro bestiis aliorum, contra illum possit intentari iudicium communi diuidendo, citat auctoritates, & affert rationem, quam apud eum vide. Hos omnes vidi, & reculit etiam cum alijs Munnoz. de ratiocinijs. comp. 7. num. 1.*

44 Vbi in hoc casu late tractat, & resoluit quaestiohem, qualiter hæc compascuorum diuisio fieri debeat, an .s. pro modo possessionum, etiam viciniarum, & pecudum, an vero pro equis portionibus, & incidenter

45 nu. 7. refert etiam post Rebuf. in l. 1. C. de apoch. public. lib. 11. quod pauper nequaquam possit tot ligna scindere ex nemoribus vniuersitatis, sicut diues; citat alios, & adducit rationes d. Munnoz. loc. cit. quem omnino vide.

Amplia Tertio procedere etiam si per procuratorem etiam generalem renunciaretur; Valet enim talis renunciatio, dummodo iusta causa renunciatum fuerit, l. actione, §. renunciare, & ibi Bart. ff. pro socio.

Hanc Ampliationem extende etiam si renuncians esset Procurator furiosi: Potest enim per talem Procuratorem renunciari, l. fin. & ibi Bal. C. pro socio.

Amplia Quarto procedere, etiam si Procuratori renunciaretur; Valet enim talis renunciatio, dummodo socius ratam habuerit renunciationem factam suo Procuratori, d. l. actione, §. renunciare. ver. item scriptum, ff. pro socio.

Amplia quinto procedere etiam quando tacite renunciaretur societati; Nam & tunc eam finiri voluit Azor. in st. moral. part. 3. lib. 9. cap. 6. vers. secundo queritur, vbi dicit quod sicut expresse & tacite contrahi potest societas, ita expresse, & tacite possit dissolui: expresse quando socij specialiter ex communi consensu societatem dissoluunt, & tacite cum separatim socij simul agere, & negociari ceperunt, hoc est quisque sibi, l. itaq; cum separatim, ff. pro socio. Hæc Azor. Et quod societas sicut tacite contrahitur, ita tacite dissoluatur, est tex. in l. verum, §. si. & ibi probat Bart. & Alex. ff. pro socio. & Bertach. in suo repert. part. 5. verb. societas tacite. fol. 74. vbi hoc euenire testatur quando socius separatim negotiatur. per d. l. itaque. Durat enim societas ad beneplacitum, l. tamdiu, & ibi Bal. C. pro socio.

Limita tamen Primo hoc non procedere quando societas ad tempus certum esset contracta; Nam ante dictum tempus socius legitime renunciari non potest, & si renunciasset, teneretur actione pro socio, l. si conuenerit, §. quid tamen, ff. pro socio. tenetur ad interesse eo quod intempestiue

siue renunciat societati, *Specul. par. 4. tit. de iud. §. 2. num. 9. per l. sed, & si socius. in fi. ff. pro socio. cum simil. & patitur pœnam quod lucrum postea perceptum à renunciante commune fit, & damnum solius sit renunciantis, d. l. actione. §. labeo, ff. pro socio. & facit quod dicit Pet. de Perus. d. tract. de duob. fratrib. part. 11. circ. med. princ. vbi etiam dicit quod quando in conuentione tempus appositum est, id seruari oportet. vt d. l. actione, §. item qui in tempus, ff. pro socio. si vero in societate nullum fuit appositum tempus certum, tunc societas habet in se tacitum tempus donec societati expedit non renunciari. vt d. l. si conuenerit; & l. sed Lucius, §. si. & d. l. actione, §. labeo, ff. pro socio. Hæc Petrus Perus. Sequitur Ang. Aret. de societ. §. soluitur num. 3. vbi dat exemplum si quis pro vino vendendo tabernam conduceret, & dicit quod durat societas donec durat conductio, aliàs intempestiue renunciatum dicitur.*

Sublimita hanc limitationem quando socius renunciandi non seruet promissa. Nam tunc valet renunciatio etiam si ante tempus renunciaretur, & renuncians non tenebitur actione pro socio. Ang. Aret. in st. de societate, §. manet. num. 2. & d. l. actione, §. item qui in tempus, & l. si conuenerit, §. fin. ff. pro socio, l. cum proponas, C. de pactis, & Anchar. quest. 57. lib. 1. vbi refert Cæpol. cons. 41. num. 6. in civilibus, & Bart. in l. 2. in fin. & in l. non satis, C. de agr. & cens. lib. 11. dicit quem posse impune à contractu locationis & mezzadria, recedere si Dominus promissa non seruat; & hoc idem Anchar. affirmat etiam si pactum socij inissent de non diuidendo, hac ratione quia Bart. & DD. in præalleg. locis annotant talem conuentionem de non diuidendo societatem intelligendam fore quatenus promissa per socium seruentur. Nec necesse erit vlla interpellatio ad hoc vt promittens in mora constituatur, vt concludit id. Anchar. & dicam ego infra cap. de damno limit. 9. vers. extende num. 67. sed quando socius renunciandi non seruet promissa liberè poterit societati renunciare, non obstante etiam pacto de non dirimenda societate ante tempus, vt dicam infra vers. has omnes. hoc eod. cap. num. 62.

Sublimita Secundo limitationem quando socius esset nimis rixosus, & saeuus, vel damnosus. Nam tunc valere renunciationem ante tempus factam tenet Ang. Aret. d. §. manet. num. 2. est tex. in d. l. si conuenerit in fi. ff. pro socio. cum talibus enim nemo compellitur habere communionem, l. 2. C. quand. & quib. quar. par. de b. lib. 10. Adde Munnoz. de ratiocin. cap. 6. num. 68. & 69. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 139. num. 7. vbi ob immodicam socij saeuitiam à societate ante tempus recedere licet. & Bart. in d. l. si conuenerit. in fin. ff. pro socio. vbi hoc extendit etiam in fratribus, qui licet prohibiti sint diuidere hæreditatem, possunt tamen impune diuidere, ex causa, vt quia vnus sit rixosus, vel molestus. Et facit ad hoc etiã l. quidam decedens, §. penul. ff. de ad. iut. & Bertach. in suo repert. par. 5. verb. societas diuid. fol. mibi 73. col. 4. vbi tñ in fine hoc restringit, nisi socius sciuisset

nisset illum esse rixosum tempore contractæ societatis. *sicut Alex. Imol. & But. in l. plenum, §. equitij. ff. de vs. & habit.*

Sublimita Tertio limitationem supradictam quando ea re cuius gratia fuit contracta societas, socius uti non posset; Nam & tunc valere renunciationem si ante tempus renunciaretur, *est tex. in l. vel quis ea re, ff. pro soc. & Ang. Arct. inst. de societ. d. §. manet. numero 2. per glos. in verb. callidè.*

Sublimita Quarto limitationem quando renuncians ex iusta & necessaria causa longo tempore esset abfuturus. Nam hoc casu valere renunciationem etiã ante tempus factã tenuit *Ang. què refert, & sequitur, Io. Oinot. in d. §. manet. inst. in fin. de societ. & Petr. de Perus. de duob. fratrib. 61 part. 1. l. circ. medium principij.* Vbi tamen hoc intelligit nisi renuncians æque commodè per alium facta societatis expedire possit, quia tunc posset ei obijci quod potest per alium societatem administrare, vel socio committere, *citat. l. idemq. erit. ff. pro soc.* Hoc idem aduertit etiam *Ang. Arct. inst. de societate d. §. manet. num. 2.* vbi etiam aliam declarationem addit.

Has omnes sublimitationes extende procedere, etiam si inter socios pactum adesset de societate non dirimenda ante tempus. Nam si cum aliqua ex supradictis causis fuerit facta renuntiatio, valet, non obstante dicto pacto. *Ita respondet Pet. Anchar. quæst. 54. lib. 1.* vbi hoc multis auctoritatibus confirmat.

Limita Secundo quod renunciatione, idest dissensu solvatur societas, procedere solum quando omnes socij dissentiant, secus si omnes non dissentiant. *d. l. actione, §. diximus, & Azor. inst. moral. part. 3. lib. 9. cap. 6.* Vbi quando omnes renunciationi non consentiunt, renuncians socios à se quidem liberabit, se autem ab illis non item.

Limita Tertio quando renuntiatio societatis fieret socio absente; Nam non valere talem renunciationem, & renunciantem pati pœnam quod lucrum postea perceptum sit commune, & damnum solius renunciantis, tradit *Ang. Arct. in d. §. manet. num. 1. & est tex. in l. sed & socius, §. si absenti, ff. pro soc. & tenet Azor. inst. moral. ead. par. eod. cap. vers. quæres.* vbi infert quod etiam in societate cum seruo dominus non possit renunciari, sed necessaria sit præsentia serui, idest socij.

Sublimita tamen hanc tertiam limitationem quando præsentia socij procuratore fieret renuntiatio; Nam tunc valere dummodo Dominus ratam renunciationem habuerit, tenet *Azor. inst. moral. p. 3. lib. 9. cap. 3. lib. 9. cap. eod. vers. quæres. per text. in l. actione, §. item scriptum, ff. pro soc. & dixi ego in Ampliat. 4. hoc eod. cap. num. 47.*

Limita Quarto quod renunciatione dissolvatur societas, procedere solum quando renunciatur societati, bona fide; Nam si callidè, malitiosè, & in fraudem societatis renunciaretur, non valeret renuntiatio,

&

& socius renunciãns teneretur ad interesse actione pro socio; *Ang. Arct. in d. §. manet. per tot. & d. l. actione. §. item sciendum, & §. labeo; & l. sed socius, §. si. ff. pro soc. Oinot. in d. §. manet. num. 3.* vbi casum ponit, & renunciantem pati pœnam quod lucrum sit proprium alterius socij, damnum verò commune cum renunciante, *d. §. manet, & l. sed & socius, §. si absenti ff. eod. l. actione, §. diximus. & Guliel. Mayn. de reg. iur. in l. factum cuique. num. 6. fol. mihi 390.* vbi pariter & ipse dicit quod dolo malo renunciãns societati, liberat à se socios, non se à socijs, & pœnam incurrit, ut damnum sit commune cum renunciante, & lucrum sit proprium alterius socij.

Limita vltimo quod societas renunciatione dissolvatur, non procedere in casu quo aliquis ex fratribus, vel socijs omnium bonorum aliquid pro se secreto acquireret, & pro se negociaretur; licet enim iste tacitè videretur renunciare societati *arg. l. itaq. ff. pro socio. & d. §. si absenti. in l. sed & socius. ff. pro soc. & ibi Bal.* Tamè hoc casu illis nõ releuaret hæc tacita negotiatio, & renuntiatio; sed quæsitum teneretur communicare alijs, & sibi ipsi damnum imputare, *d. §. si absenti. & dicunt cap. 1. in ampliat. ad limitationem vltimam num. . . .* Nec obstat quod dixi supra hoc eod. cap. ampl. 5. num. 48. Nam ibi intelligo quando socij ambo pro se negociarentur, hic vero quando vnus tantum, & hoc casu propter fraudem tacita renuntiatio illi non releuat, per ea quæ etiam dixi supra hoc eod. cap. nu. 63. Vbi omnes socios dissentire necesse esse concludo.

ARGUMENTVM.

Finita societate redditur administrationis ratio, per socium administrantem: Conficiuntur inter alia libri rationum, aliàs tenebitur socius ad interesse declarandum, per iuramentum in litem.

SUMMARIVM.

- 1 Societas contrahitur vt fructus inde vberior percipiatur.
- 2 Finita societate reddi debet ratio administrationis.
- 3 Redditur ratio vt appareat qualiter in societate sit gestum.
- 4 Si expedit societati, ratio redditur etiam de anno in annum, & quomodo procedat.
- 5 Socius administrans alteri socio rationem reddere debet.
- 6 Pro reddenda ratione quilibet administrator conueniri debet in loco in quo exercuit. Et quid quando conueniretur in loco domicilij. Remissiuè.

D

7 Frater

- 7 Frater bona communia fratrum administrans tenetur administrationis rationem reddere.
- 8 Omnis administrans tenetur reddere rationem suæ administrationis.
- 9 Administrator quilibet, compellitur rationem reddere, etiam si ratio remissa fuerit. Contrarium proponitur & resolutur num. 10.
- 11 Rationis remissio nil aliud operatur nisi ut nimis curiosa inquisitio non fiat.
- 12 Compellitur rationem reddere quilibet administrator, etiam si per testatorem fuit ei remissa ratio.
- 13 Redditur ratio etiam si transactum sit tempus triginta annorum, nam tale ius nullo tempore potest præscribi, & non valet statutum quod etiam expresse permitteret præscriptionem cum mala fide.
- 14 Sicut nec potest præscribi divisioni spatio 30. annorum; & ultra si fratres suo socij per illud tempus in communione steterunt.
- 15 Socius & heres numquam potest præscribere divisioni, nec iuri reddendi rationem administrationis.
- 16 Ratio iterum non redditur si semel reddita fuit.
- 17 Ratio reddita præsumitur transacto longo & diuturno tempore. Sed contraria opinioni adheret Auctor.
- 18 Socij liberantur à reddenda ratione si non gesserunt, & ad illam tenetur ille qui à socijs fuit constitutus administrator.
- 19 Si factor non sit soluendo, & alter ex socijs partem suam à dicto factore exegerit, conuenitur ille socius ut reddat rationem exactionis, & restituat medietatem illius quod exegerit.
- 20 Socius sicut alius quilibet administratur conficere debet librum rationum.
- 21 Item illum librum exhibere debet in reddenda ratione; & cuius expensis & periculo deducuntur libri de loco ad locum pro eis exhibendis traditur remissive.
- 22 Item restituere reliqua debent, & vsque ad numerum 28. alia numerantur ad quæ tenetur socius in reddenda ratione.
- 23 Negligentia est peccatum mortale in administratore.
- 24 Redditur ratio arbitrio boni viri, & quid ipse bonus vir facere debeat traditur.
- 25 Defertur iuramentum in licem socio ad interesse si confectus non fuerit rationum liber.
- 26 Præstatur ratio administrationis ei cuius interest, & coram competenti iudice.
- 27 Quid in reddenda ratione iudex prouidere debeat, remissive.
- 28 Non valet pactum de stando simplici dicto socij.
- 29 Fauore publico introducta, pacto partium remitti non possunt. Sicut nec renunciari illis quæ principaliter inducta sunt publicæ utilitatis causa, licet inde ad singulos commodum perueniat.
- 30 Non satisfacit qui loco libri rationum fogliarias ostendit.
- 31 Perfuntorijs scripturis non datur fides.

- 32 Mandatum alicui esse intelligitur, quod consuetudine fieri debet.
- 33 Creditur iuramentum edem in rebus leuibus inspecta personæ qualitate.
- 34 In magnis expensis liber rationum non probat; secus in modicis.
- 35 Liber rationum an possit pro parte tantum acceptari. Remissive.

146276

CAPVT SEPTIMVM.

De ratione reddenda in societate.

Quoniam societas contrahitur ut fructus inde vberior percipiatur, prout patet ex defensione tradita cap. 1. num. 1. & 2. discursa hætenus materia societatis contrahendæ & dissoluedæ, Nunc ab re esse non videtur, si de ratione reddenda aliquas regulas in hoc septimo capite breuiter subiiciam.

Prima igitur regula erit quod finita societate reddi debet ratio administrationis. l. actione, vers. labeo, ff. pro socio, & Bal. in l. tamdiu, C. pro soc. & in l. 1. C. ut act. ab hered. Hæc enim ratio redditur ut appareat qualiter in societate sit gestum, & quantum lucri & damni ex societate eliciatur. ad tradita per Pet. de Perus. d. tract. de duob. frat. par. 12.

Limita tamen hanc regulam non procedere in casu quo expediret societati rationem reuidentum esse, antequam finiretur societas, Nam posse reuideri de anno in annum, & quoties expedit societati, dummodo petatur & petatur sine calumnia, tradit Bal. in rubr. C. pro soc. & in l. tamdiu, C. eod. & tangit Aret. in inst. de action. vers. sequitur in tex. S. sequens. num. 10. & Bart. in l. si negoc. ff. de neg. gest. in fi. & Bart. in l. mutius, ff. pro socio, & vide omnino Socin. cons. 212. incip. in presenti. vers. prima conclusio. circ. fi. part. 2.

Secunda regula in hoc capite est quod socius administrans alteri socio rationem administrationis reddere debeat. Car. Par. cons. 88. num. 6. vol. 1. & est tex. in l. quedam sunt. in pri. ff. de eden. & gl. in l. creditor, S. duob. ff. mand. & ita consuluit Socin. cons. 37. per tot. Ias. cons. 4. num. 1. Menoch. lib. 2. de arbit. cas. 209. quos etiam recenset, & sequitur Munnoz. de ration. cin. cap. 3. num. 6. & Spec. de comp. iud. adi. in princ. vers. 39. ratione. Vbi dicit quod pro reddenda ratione administrationis, quilibet administrans conueniri debet in loco in quo exercuit; quod idem scribit etiam Bal. in l. 1. C. ubi de crim. ag. opor. & vid. Barth. Soc. in cons. 149. incip. in causa Ambrosij. ver. ad primum. Vbi dicit quid quando conueniretur in loco domicilij. Vid. etiam Mar. Socin. cons. 31. incip. prosequendo. vers. nam supra. Vbi ponit quod siue agatur de administratione priuata, siue publica, ibi reddi debet ratio administrationis, vbi administratio gesta est.

Amplia hanc secundam regulam procedere etiam in fratre qui stetit